expedit qđ tibi. aut nō sum amicus nisi ꝙcquid agit̃ ad te ptinēs meū est. Consortiū rerum oim inter nos facit amicicia. nec secundi quicꝗ singulis est nec aduersi. in cōe viuit̃. nec pt quisꝗ beate degere qui se tantū intuet̃. qui oia ad vtilitates suas cōuertit alteri viuas oportet si vis tibi viuere. hec societas diligēter et sancte obseruata que nos hoies hoibus miscet et indicat aliquod esse cōmune ius generis humani. plurimum ad illā de qua loquebar interiorē societatē amicicie colendā pficit. omnia em̄ cū amico cōmunia habebit qui multa cū hoie. hoc lucilli viroꝝ optime mihi ab istis subtilibus precipi malo. quid amico prestare debeā quid hoi. ꝗ quot modis amicus dicatur. et homo ꝗ multa significet in diuersum. Tu mihi pba distorques et sillabas digeris pudet me ꝙ in re tam seria senes ludimus. Vale)

De conuersatione circa zophismata et de inutilibus sciencijs contemnendis Epistola quadragesimanona.

Us sillaba ē. mus āt caseū rodit. sillaba ergo caseū rodit. Putas me nūc istud nō posse soluere. qđ mihi existo piculū vel incōmodū. Sine dubio verendū ē ne qn̄ in muscipula sillabas capiā. aut ne qn̄ si neglegentior fuero caseū liber comedat nisi forte illa acutior est collectio. Mus sillaba est. sillaba āt caseū nō rodit. mus ergo caseū nō rodit. O pueriles inepcias. vis scire autē qđ phia p mittat generi humano consiliū. alium mors vocat. alium pauptas vrit. aliū diuicie vel aliene torquēt vel sue. Ille fortunā malam horret. Hic felicitati sue se subducere cupit hūc hoies male habēt illū dij. Quid mihi lusoria ista cōponis. Nō est iocādi locus. Ad miseros aduocatus es. Opem laturꝰ naufragis. captis. egris. egētibus. intente securi subiectū caput prestātibus pollicitus es. quo diuerteris. ꝙd agis. hic cū quo ludis timet. succurre. oīs ad te vndiꝗ manus tendūt. pdite vite piturēꝗ auxiliū aliqđ implorant. in te spes opesꝗ sūt rogant vt ex tāta illos volutatōe extrahas. vt disiectis et errātibus lumē claꝝ veritatis ostendas. Dic ergo quid natura necessariū fecerit. quid supuacuū. ꝗ faciles leges posuerit. ꝗ iocūda sit vita. ꝗ expedita illas sequētibus. ꝗ acerba et implicata eoꝝ ꝙ opinioni plus ꝗ nature crediderunt. Sic itur ad astra. Hoc em̄ est qđ phia pmittit vt parē deo faciat. ad hoc inuitatus sum. ad hoc veni. fidem presta quantum potes. Ergo

mi lucilli reduc te ab istis exceptionibus et prescriptionibus philosophorum. Apta decent et simplicia bonitatem. Etiamsi multum superesset etatis. parce dispensandum erat. vt sufficeret necessariis. nunquid demencia est superuacua discere in tanta temporis egestate. Vale)

Breue est tempus nostrum et ideo erogandum circa vtilia Epistola quinquagesima.

Et quidem mi lucilli supinus et negligens qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur et tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria euocant. nec extinctam memoriam reddunt. sed quiescentem irritant. Tu mihi totus in oculis es. cum maxime a te discedo. Infinita est velocitas temporis. punctum est quod viuimus et adhuc puncto minus. sed hoc minimum spe quadam longioris spacii natura derisit. Aliud ex hoc infanciam facit. aliud pueritiam. aliud adolescenciam. aliud senectutem. in quam angusto quodam quot gradus posuit modo te persecutus sum. Eo magis itaque indignor aliquos ex hoc tempore quod sufficere ne ad necessaria quidem potest etiam si custoditum diligentissime fuerit in superuacua maiorem partem erogare. Negat Cicero si duplicetur sibi etas. habiturum se tempus quo legat liricos eodem modo dialecticos. Quid te torques et maceras in ea questione. quam subtilius est contempsisse quam soluere. Securi est et ex commodo migrantis minuta conquirere. cum hostis instat a tergo. et mouere se iussus est miles. necessitas excutit quicquid pax ociosa collegerat. Demens omnibus merito viderer si (cum saxa in munimentum murorum senes femine congererent cum iuuentus intra portas armata signum eruptionis expectaret aut posceret. cum hostilia in portis tela vibrarent) sederem ociosus et eiusmodi questiunculas ponens. quod non perdidisti habes. cornua non perdidisti. cornua ergo habes. aliaque ad exemplum huius acute delirationis concinnata. Atque eque licet tibi demens videar si istis inpendero operam. et nunc obsideor. tunc tamen periculum mihi obsesso externum immineret. murus me ab hoste secerneret. nunc mortifera mecum sunt non. vaco ad istas ineptias. ingens negocium in manibus est. Quid agam. mors me sequitur. fugit vita. aduersus hec me doce aliquid. effice vt ideo mortem non fugiam. vita me non effugiat.

Exhortare ad versus difficilia. de equanimitate aduersus inevitabilia. angustias tpis mihi laxa. doce non esse positum bonum vite in spacio eius sed in vsu. posse fieri. vt q̄ diu vixit parum vixerit. Dic mihi dormituro. potes non expgissi. dic exprecto. potes non dormire amplius. dic exeunti. potes non reuerti. dic redeunti potes non exire. Non vbiqȝ se mors tam prope ostendit vbiqȝ tam prope est. has tenebras discute. et facilius ea trades ad que paratus sum. dociles nos natura edidit et ratione̅ dedit imꝰ pfecta̅ sed que pfici possit. de iusticia mihi. de pietate disputa. de frugalitate de pudicia vtraqȝ. et de illa cui aliem corporis abstinentia est. et de hac cui cura. si me nolueris per deuia ducere. facilius ad id quo tendo perueniam. Vale)

Inueterata etia̅ vicia extirpari possu̅t

Epistola quinquagesima prima.

Pistolam tuam accepi sup vacuum itaqȝ putaui ab eo qui afferebat q̄d ageres querere. spero tamen te sic iam viuere vt vbicumqȝ ieris. sciam quid agas. Quid ete̅m aliud agis q̄ȝ meliorem te ipse quotidie facias. vt aliquid exterioribus ponas. vt intelligas tua vicia esse que putas rerum. Quedam e̅m locis et tpibus ascribimus. At illa quocumqȝ transierimus secutura sunt. Nemo se auarꝫ esse intelligit. nemo cupidu̅ ceci tamen ducem querunt. nos sine duce erramus. et dicimus. Non ego ambiciosus sum. sed nemo aliter rome potest viuere. Non ego sumptuosus sum. sed vrbs ipsa magnas impensas exigit. No̅ est mecu̅ vicium q̄ iracu̅dus sum. q̄ non ꝯstitui certu̅ genus vite. adolesce̅tia hec facit. Quid nos decipimus? non est extrinsicus malum nostrum intra nos est. in visceribus ipsis sedet. et ideo difficulter ad sanitatem peruenimus. quia nos egrotare nescimus. Si curari ceperimus quando tot morbos discuciemus. Nunc vero ne queramus quidem medicum qui minus negocij haberet si adhiberetur ad recens vicium. seque̅tur teneri ⁊ rudes animi recta monstrantem. nemo difficulter ad naturam reducitur nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere. bonam mentem. At me hercule turpe est magistru̅ huius rei querere illud desperandum est posse nobis tantum bonum casu influere. Laborandum est igit̄.

et(vt verum dicam)nec labor quidem magnus est.si modo(vt dixi)ante animū nostrū formare incipimus.qm̄ indurescat prauitas eius.sȝ nec indurata despero. Nihil est qd non expugnant ptinax opa et intenta ac diligens cura. Robora in rectum(q̄uis flexa)reuocabis.curuatas trabes calor explicat.et aliter nate in id finguntur qd vsus noster exigit. Quanto facilius animus accipit formam flexilis et omni humore obsequentior. Illud mi lucilli non est qd te impediat.quo minus de nobis bene speres.qꝛ malicia nos iam tenet.qꝛ diu in possessione nostri est. Ad neminem ante bona mens venit q̄ȝ mala. Uirtus secundum naturam est.vicia inimica et infesta sunt. Egre mētis est formidare inexperta. Itaqȝ cogenda est vt incipiat deinde non acerba medicina. protinus eñi delectat dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem voluptas est philosophia pariter est salutaris et dulcis. Uale)

De abijciendis delicijs que locorum amenitate veniunt. Epistola quinquagesima secunda.

Uomodo quisqȝ potest mi lucilli.nulli loco indicendum est odium:sed quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probo viro magis cōuenit qm̄ alia.nec vllum colorē ille odit sed aliquem putat parū aptum esse frugalitatē professo. Sic regio quoqȝ est quā sapiens vir aut ad sapientiam tendēs declinet tanq̄ȝ alienam bonis moribus. Non tantum corpori sȝ etiā moribus salubrē locum elegere debemus. Quēadmodum inter torteres habitare nollem.sic nec inter popinas quidem. Id agere debemus vt irrata menta viciorum q̄ȝ longissime pijciamus In durandus est animus.et a blandimentis voluptatū procul abstrahendus. Una Hanibalē hiberna soluerūt.et indomitū illum niuibus atqȝ alpibus virum enerauerūt fomēta Cāpanie.armis vicit.vicijs victus ē. Nobis quoqȝ militandū est et quidem tali genere militie quo nūq̄ȝ quies nūq̄ȝ ociū dat. Debellāde sūt imprimis voluptates q̄(vt vides)seua quoqȝ ingenia ad se rapuerūt. Si qs sibi pposuerit quantū opis agressus sit.sciet nihil delicate nihil molliter esse faciendū.libertas pposita est.ad hoc primū laborat. Que sit libertas queris: nulli rei seruire.nulli necessitati.nullis casibus for

tunā in equū deducere. his cogitationibus intentū, loca seria scāq; eligire oportet. Effeminat animos amenitas nimia. Nec dubie aliq̄d ad corrumpendum vigorem pt regio. nullū laborem recusant manus q̄ ad arma ab aratro trāsferuntur. In primo defecit puluere ille vnctus & nitidus. Seuerior loci disciplina firmat ingeniū aptūq; magnis conatibus reddit. Sed satis diu cum Baijs litigauimus. nunq̄ satis cum vicijs. que oro te lucilli persequere sine modo. sine fine. illis em̄ nec finis est nec modus. Proijce quecumq; cor tuum lamāt. que si aliter extrahi nequirent cor ipsum cum illis reuellendū erat. Voluptates precipue extirpa inter res vilissimas habe. que latronū more. in hoc nos amplectuntur vt strangulent. Vale)

De diuersitate ingenior̄. et q͛d stulticie nihil diu placet. Epistola quinquagesima tercia.

Uid est hoc mi lucilli quod nos alio tendentes alio trahit. et eo vnde recedere cupimus impellit. Fluctuamus inter varia consilia. Nihil libere volumus. nihil absolute. nihil semp. Stulticia inquis ē cui nihil cōstat. nihil diu placet. Sed quomodo nos aut quādo ab illa reuellemus. nemo per se satis valet vt emergat. oportet manum aliquis porrigat. aliquis educat. Quosdam ait Epicurus sine vllius adiutorio ad veritatem exisse. fecisse sibi ipsis viam. hos maxime laudat quibus ex se impetus fuit qui se ipsi protulerint. quosdam indigere ope aliena. non ituros si nemo precesserit. sed bene secuturos. Nos ex illa prima nota non sumus. sed bene nobiscum agitur si in secundam recipimur. Ne hunc quidem cōtempseris hominem qui alieno benefitio saluus esse potest. et hoc multum est velle saluari. Preter hoc adhuc in venies genus aliud hominū. nec ipsum quidem fastidiendum. eor̄ qui cogi ad rectum cōpelliq; possunt. quibus nō tantū duce opus est ꝫ adiutore. et (vt ita dicam) coactore. Itaq; ego illum faciliorem dixerim qui nihil negocij secum habuit. hunc aūt melius de se meruisse q̄ malignitatē sue nature vicit. Hoc dur̄ ac laboriosum ingeniū nob datū scias. Itaq; pugnemus aliquorūq; inuocemus auxiliū. Adiuuare nos p̄nt non tm̄ qui sūt. sed & qui fuerūt. Ex his aūt qui sūt eligamus eos q̄ vitā doceāt

qui cũ dixerint quid faciendũ sit ꝓbant faciendo. q̄ docet quid vitandũ sit. Eum elige adiutorem quem magis admireris cum videris ꝙ cum audieris. Quid em̄ turpius ph̄ia captāte clamores. nunq̄d eger laudat medicũ secantē. Apd' Pitagorā discipulis quinq3 annis tacendũ erat nũq̄d ergo existimas statim illis et loq̄ et laudare licuisse. quanta igit̄ demētia eius est ꝙ clamores imperitoꝝ ex auditorio hilarē dimittunt. Quid letaris ꝙ ab hoibus his laudatus es quos nō potes ipe laudare. disserebat ꝑplo fabianus. sed audiebat̄ honeste. Intersit aliq̄d inter clamorem theatri et scole. oia reꝝ oim si obseruet̄ iudicia sunt. et argumēta moꝝ ex minimis quoq3 licet capere. Impudicos et incessus ostēdit et manus mota. et vnum interdũ responsum. et relatus ad caput digitus. et flexus oculoꝝ. improbũ risus. in sanũ vultus habitusq3 demōstrat. Illa em̄ in aptum ꝑ notas exeunt. Qualis quisq3 sit scies. si quemadmodũ laudet et quemadmodum laudetur aspexeris. Uale)

A viciis surgendum et ad mētis sanitatem festinandum est Epistola quinquagesima quarta.

Quid non p̄t mihi persuaderi. cui persuasum est vt nauigarē. Equalitas q̄ me corruperat perijt. nondũ erat tempestas. sed iam inclinatio maris. ac subinde crebrior fluctus. Cepi rogare gubernatorē. vt me i aliquo littore exponeret. aiebat ille. aspa esse et importuosa nec quicq̄ se eq3 timere in tēpestate ꝙ terrā. Institi vtiq3 gubernatori et illũ (vellet nollet) coegi petere littus. Cuius vt vicniā attigimus. q̄ putas me passum dum pasga eripior. dum viam quero. intellexi non immerito nautis timeri terram. Incredibilia sunt que tulerim. cum me ferre non possim. Non est qd' mireris lucili carissime. nam qui leuiter dormit aliquando se dormire dormiens cogitat. grauis sopor etiam somnia extiguit. quare vicia sua nemo confitetur. quia etiam nunc in illis est. Somnia narrare vigilantis est. et vicia sua confiteri sanitatis indicium est. Expgiscamur ergo vt errores nostros coarguere possimus. Sola autē philosophia excitabit. sola somnum excuciet grauem. illi te totum dedica. dignus illa es. illa te digna est. ite in cōplexum alter alterius. omnibus alijs rebus te nega fortiter aperte. Si eger esses curā intermisisses rei familiaris. et forēsia tibi negotia excidissent. toto animo

id ageres vt q̄ primo morbo liberaueris. quid ergo. non et nunc idem sciens. omnia impedimēta dimitte. ⁊ vaca bone menti. nemo ad illam ꝑuenit occupatus. exercet phīa regnum suum. dat tempus non accipit. dn̄a est. adest et iubet. Totam huic conuerte mentem. huic asside. hanc cole. ingens interuallum inter te et ceteros fiat. omnes mor-tales multo antecedes. non multum te dij antecedent. Ecce res magna. habere imbe-cillitatem hoīs et securitatē dei. incredibilis phīe vis est ad oēm fortuitā vim recōden-dam. nullum telū in corpore eius sedet. munita est et solida. Vale)

De infirmitate et morte et q̄d sapiens nihil facit inuitus Epistola quinquagesimaquinta.

Longū mihi comitatū dederat mala valitudo. repente me inuasit. quo genere inquis. prorsus merito interrogas. adeo mihi nullū ignotū est. vni tm̄ morbo quasi assignatus sum qui satis apte dici potest suspiriū. breuis valde. et procelle similis est īpetus. intra horā fere desinit. Quis eī diu expirat. oīa em̄ corꝑis aut incomoda aut ꝑicula ꝑ me transierūt. nullum videt̄ mihi molestius. aliud em̄ q̄cquid est. egrotare est. hoc est aīam agere. Itaq; medici hāc meditationē mortis vocāt. Ego illā diu exꝑtus sum. qn̄ inquis. anq̄ nascerer. Mors est non esse id q̄d an̄ fuit. In hoc eī mi lucilli (nisi fallor) erramus. q̄ mortē iudicamus sequi. cū illa et precesserit et secutura sit: quicq̄d an̄-nos fuit. mors est. hoc tibi de me recipe. non trepidabo. Ad extrema iam ꝑatus sum. Illum tu lauda et imitare quē non piget mori cū iuuet viuere. Que em̄ virtus est cum eijciaris exire. Tm̄ est et hic virtus. Eijcior quidē sed tāq̄ exeā. et ideo nunq̄ eijcitur sapiens. quia eijci est inde expelli vnde inuitus recedas: nihil inuitus facit sapiens. ne-cessitatem effugit. quia vult q̄d coactura est. Vale)

De inepto ocio Epistola quinquagesimasexta.

Gestatiōe cū maxime venio nō minus fatigatus sum q̄ si tm̄ ambulassem quā-tum sedi. Labor est em̄ et diu ferri. ac nescio an eo maior quia contra naturā est. que pedes dedit vt ꝑ nos ambularemus. oculos vt ꝑ nos videremus. debilitatem nob̄ induxere delicie. et q̄d diu nolumus posse desinimus. Ociosum hoiem ⁊ seductū

existimet vulgus. ꝛ securum. et se contentum sibiq; viuentem. quoꝝ nihil vlli cõtingere nisi sapienti potest. ille quidem nulla re solicitus scit sibi viuere. ille eñi quod est primũ scit viuere. Nam qui res et homines fugit. quem cupiditatũ suaꝝ infelicitas relegauit: qui alios feliciores videre nõ potuit. qui venit timidum atq; iners aial metũ oblituit. ille non sibi viuit. sed (qđ turpissimum est) ventri. somno. libidini. Non continuo sibi viuit qui nemini. Non multum ad tranquilitatem locus confert. animus est. qui sibi cõmẽdat oĩa. Vidi ego in villa hilari ꝛ amena mestos. vidi in media solitudine occupatis similes. quare non est qđ existimes ideo paꝝ compositũ te esse ꝙ in Campania nõ es. Quare autem non es. huc vsq; mitte cogitationes tuas. Conuersari cum amicis absentibus licet et quidẽ quociẽs velis ꝙ̃ diu velis. magis hac voluptate que maxima est fruimur dum absumus. presentia enim nos delicatos facit. Et ideo equo animo debemus ferre absentiam qꝛ nemo etiã non multũ presentibus abest. pone primũ hic noctes sepatas deinde occupatiões vtriusq; diuersas. deinde studia secreta. Amicus animo possidendus est. Hic autem nunq̃ abest. quemcũq; vult quotidie videt. Itaq; mecum stude. mecũ cena. mecum ambula. in angusto viueremus. si quicq̃ esset cogitationibus clausum. adeo tecũ sum vt dubitem. an incipiã non epistolas sed codicillos tibi scribere. Vale)

Constans ingenium clamoribus nõ abducitur Epistola quinquagesimaseptima.

PEream si est tam necessariũ ꝙ̃ videtur silentium in studia seposito. ecce vndiq; me clamor varius circumsonat. supra ipsum balneum habito: sed me hercule ego istum fremitum non magis curo ꝙ̃ fluctum aut delectum aque. ꝙ̃uis audiam cuidam genti hanc vnam fuisse causam vrbem suam transferendi. ꝙ fragorẽ Nili cadentis ferre non potuit. Animũ nõ cogo sibi intentum esse nec auocari ad externa. oĩa licz foris resonẽt dũ intus nihil tumultus sit dũ inter se nõ rixent cupiditas et timor. Quid eĩ pdest tocius regionis silentiũ si affectus fremũt. nulla placida est q̃es. nisi quã rõ ꝯposuit. illa trãquillitas vera ẽ in qua bona mẽs explicat. Si iacet corpus interdũ quies in q̃eta ẽ. et ideo reꝝ ad actus excitãdi nec tractatiõe bonaꝝ

arciū occupandi sumus. quociens nos male habet inercia sui impaciens. Magni imperatores cū male parere militē vident. aliquo labore cōpescunt et expeditionibus detinēt nunq̄ȝ vacat lasciuire districtis. nihil q̄ȝ tā certū est q̄ȝ ocij vicia negotio discuti. Omnia vicia in apto leuiora sīt. morbi quoqȝ tūc ad sanitatē inclinant cū ex abdito erumpūt. ac vim suā proferūt. Et auariciā et ambitionē et cetera mala mētis humane tūc pniciosissima scias esse cū simulata sanitate subsidūt. ociosi videmur sed nō sumus. nā si bona fide sumus si speciosa cōtempsimus. nulla res nos aduocabit. nullus hoīm auiūqȝ cōcentus interrumpet cogitationes bonas solidasqȝ et certas. Leue est illud ingeniū nec sese reduxit adhuc introrsus qd ad vocē et accidentia erigit̄. Tunc ergo scio te esse compositū. cum ad te nullius clamor ptinebit. cum te nulla vox excruciat. non si blandiet̄. nō si minabit̄. Quid ergo. non aliqū comodius est et carere cōuitio. Fateor. Itaqȝ ex hoc loco migrabo. quid necesse est diucius torqueri. cum tam facile remedium Ulixes socijs atqȝ aduersus sirenes inuenerit. Uale)

Quedam affectiones inexpūgnabiles sunt Epistola quinquagesimaoctaua.



Um a Baijs deberē Neapolim repetere facilē credidi tempestatē esse ne iterū nauim experirer duo incomoda inter se ꝯtraria simul ptulimus. eadē via eodē die et luto et puluere laborauimꝰ. aliqd tñ ista mihi obscuritas qd cogitarē dedit. Que dā ei mi lucilli nulla effugere ꝟtus pt. Est ei naturalis affectio inexpugnabilis rationi. sīt ei fortes quidā patissimi fūdere sanguinē suū q̄ alienū videre nō possunt. aliq gladiū facilius recipiūt q̄ȝ vident. Sensi ergo in me quandā animi non p turbationē sed mutationē. quā insolite rei nouitas simul et feditas fecerat. ad primū aūt conspectū reddite lucis alacritas redijt incogitata et iniussa. deinde mecū loq cepi q̄ȝ inepte magis quedā ac minus timeremus cū oīm idem finis esset. Quid eīn interest vtrū sup aliquē vigiliariū ruat. aut mons. nihil inuenies. erunt tñ qui hanc ruinam magis timeāt q̄uis vtraqȝ mortifera eqȝ sit. At quidē queadmodū flamma non pt opprimi nā circa id diffugit quo vrget̄ vt aer verbere ac ictu nō leditur nec scindit̄ quidem sȝ circa id cui cessit refunditur. sic animus qui ex tenuissimo ꝯstat deprehendi non pt nec intra corpus affligi sȝ

beneficio subtilitatis sue p ipsa quibus premit erumpit. hoc igitur certu habes si supstes est corpori ꝓpter illud nullo genere mori posse. ꝓpter qd non perit. qm nulla immortalitas cum exceptione. nec quicq̄ noxium eterno est. Uale)

De verboꝝ defectu et multiplici reruz diuisione et differentia Epistola quinquagesima nona.



Uanta verboꝝ nobis paupertas. immo egestas sit. nūq̄ magis q̄ hodierno die intellexi. mille res inciderunt cum de Platone loqueremur que nomina desiderarent nec haberent. In sex autē modos quecumq̄ sunt Plato partitur. primū id qd est nec visu nec tactu nec vllo sensu cōprehendit cogitabile est. Secundū qd eminet et exuperat alia p excellentiā. Poeta cōiter dicit. oibus versum facientibus hoc nomen est. sed iam apud grecos in vnius notā cessit. Homerum intelligas cū audier poetā. Tertiū genus ē eoꝝ. que ꝓpria sūt. in numerabilia sūt hec sz posita sūt extra nostrū ꝯspectū. que sūt interrogas. ꝓpria Platonis supellex est. Plato ideas vocat. ex quibus oia quecumq̄ videmus fiunt et ad quas cūcta formantur. hee immortales. imutabiles inuiolabiles sūt. Ait em̄ Plato. idea est eoꝝ que naturaliter fiunt exemplar eternū. Quartum locū habebit idos. qd sit idos attende. et Platoni imputes nō mihi hanc reꝝ difficultatē. Nulla est āt sine difficultate subtilitas. Pictor cum reddere vellet virgilium coloribus. ipm intuebat. Idea erat virgilij facies futuri opis exemplar. ex hac qd artifex trahit et opi suo imposuit idos est. alterū exemplar ē. alterū forma ab exemplari sumpta. alteram artifex imitat. alteram facit. idos in ope est. idea extra opus est. nec tm̄ extra opus sed ante opus. Quintum genus est eoꝝ que cōmuniter sūt. vt hoies et pecora. Sextum genus est eoꝝ que quasi sūt tanq̄ inane. tanq̄ tempus. Quecūq̄ videmus aut tāgimus Plato in illis nō numerat q̄ esse ꝓprie putat. fluūt em̄ et in assidua diminutione sūt. Nemo nostꝝ idē in senectute est q̄ fuit iuuenis. Nemo nostꝝ idē est hodie qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminū more. Quicqd vides currit cū tpe. Ego ipse dū loquor imutari ista mutatus sum. Hoc ē qd ait Heraclitus in idē flumē bis descēdimus et nō descēdimus. manet em̄ fluminis nomē. aqua transmissa est. H in amne manifestius ē q̄ in hoie. Sz nos quoq̄ nō minus

velox curſus ꝑteruebit. Ideo admiror dementiā nr̄am ꝙ tāto ope rē fugatiſſimā ama
mus corpus. timemusꝗꝫ ne qñ moriamur cū oē momentū mors prioris habitus ſit.
Quis nō timere ne ſemel fiat qꝺ quotidie fit. Nos aliqñ aīm relaxare debemus. et q̄buſ
dam oblectamentis reficere ſꝫ ipſa oblectamenta opa ſtꝫ. ex his quoꝗꝫ ſubtilitatibus
ſumes qꝺ poſſit fieri ſalutare. hoc ego lucilli facere ſoleo. ex oī natiōe eruere aliq̄d conor
et vtile efficere. Ita ex iſtis trahā quod cupiditates meas ꝯprimat vt me meliorē facere
idee Platonice poſſint. oīa em̄ que ſenſibus ſeruiūt. que nos accendūt et irritāt negat
Plato ex his eſſe que vere ſtꝫ. ergo iſta imaginaria ſtꝫ et ad tpꝯ aliqꝫ faciē ferunt. nihil
horꝝ ſtabile aut ſolidum ē. ad illa ergo mittamus animum que eterna ſtꝫ. Illud ſimul
cogitemus mūdum iſtū nō minus mortalē ꝗꝫ nos ſumus. Quis in ſe oīa habeat que
habuit. aliter tñ habet ꝗꝫ habuit. ꝓuidētia tamen ꝓ rogare pt huic corpuſculo morā ſi
voluptates (q̄bus morꝝ maior ꝑs perit) regere et coercere potuerimus. Plato iṗe ad
ſenectutē ſe diligētia ꝓtulit. ꝑſimonia et diligēti ſui tutela. puto Platoni diligentie ſue
bn̄ficio ꝯtigiſſe. ꝙ annū vnū atꝗꝫ octogeſimū impleuit. ideo magi q̄ tūc Athenis erāt
immolauerūt defūcto amplioris fuiſſe ſortꝫ ꝗꝫ humane rati. ꝙ ꝯſumaſſꝫ ꝑfectiſſimū nu
merū quē nouē nonies multiplicata ꝯponunt. Poteſt frugalitas ꝓducere ſenectutem
quā vt puto nō ꝯcupiſcendā ita ne recuſandā quidē. Jucundū eſt ſecū eſſe ꝗꝫ diutiſſime
cum q̄s ſe dignū quo frueret̄ effecit. Paucos lōgiſſima ſenectus ad mortēſine iniuria
ꝑtulit. multis iners vita ſiue vſu ſui iacuit. Imbecillus et imaginarius ē qui ꝓpter do
lorē morit̄. ſtultus qui doloris cauſa viuit. Sꝫ in longū exeo. eſt ei materia q̄ deducere
diē poſſit et quomodo finē inponere vite poterit qui epiſtole nō poteſt. Vale)

Plus rebus quam verbis accedatur et ꝙ triplex ſit vita proficientium. Epiſtola ſexageſima.

Jnus tibi accuratas a me ep̄las mitti quereris. tales ep̄las meas volo q̄ nihil
habeāt accerſitū nec fictū. ſi fieri poſſet ꝙ ſenciā oſtendere ꝗꝫ loq̄ malle multū
ope impendi ꝟbis nō oportet. hec ꝓpoſiti nr̄i ſumma. qꝺ ſentimus loq̄mur. qꝺ loq̄mur
ſenciamus. cōcordet ſmo cū vita. ille ꝓmiſſum ſuū impleuit qꝛ et cū videas illū et cum
audias idē eſt. Nō delectent ꝟba noſtra ſed ꝓſint ſi tñ ꝯtingere eloquētia nō ſolicito pt

si aut parata est aut puo ꝯstat. assit et res pulcerrimas ꝓsequat̃. sit talis q̄ pocius res q̄ȝ
se ostēdat. Alie artes ad ingeniū tote ꝑtinent. hic animi negociū agitur. Nō q̄rit eger
medicū eloquentē sed sanare potentē. Tu autē curare debes morbū veterem. grauē. et
publicū tm̄ negocij habes quantū in pestilencia medicus. certa verba occupatus es.
iam dudū gaude si sufficis rebus. Quādoq̄ȝ multa disces· quādoq̄ȝ q̄ didiceris affiges
tibi ita vt excidere nō possint q̄n illa experieris. Non em̄ vt cetera memorie tradidisse
satis est. in ope tentanda st̄. Nō est beatus qui scit illa sed qui facit. Inter ipsos autē ꝓ
ficientes st̄ multa discrimina. in tres classes vt quibusdā placet diuidunt̃. Primi st̄ q̄
sapientiā nondū habēt sed iā in vicinia eius cōstiterunt tn̄ etiam qd̄ ꝓpe est ex hora est.
Qui st̄ hi q̄ris. qui oīs iam effectus ac vicia posuerūt. que erant ꝯplectenda didicerūt.
Sed illis in expta ad huc fiducia est. bonū suum nondū in vsu hn̄t. hij scire se nesciunt.
Jam ꝯtingit illis bono suo frui. nondū confidere. Quidā hoc ꝓficiencium genus ita
cōplectunt̃. vt dicant illos iam effugisse morbos animi. affectus nondū. et ad huc in lu
brico stare. q2 nemo sit extra periculū nequitie nisi qui totā eam excussit. Nemo autem
illam excussit nisi qui ꝓ illa sapientiam assumpsit. Morbi autē st̄ inueterasa vicia et
dura. vt auaricia et ambicio. Hec cū semel aīm ceperunt implicuerūt et ꝑpetua eius
mala esse ceperūt. Ut breuiter finiamus. Morbus est viciū in paruo ꝑtinax. tāq̄ȝ val
de expetēda sint q̄ leuiter. Affectus st̄ motus animi improbabiles subiti et concitati q̄
frequentes neglectiq̄ȝ fecere morbum. sicut distillatio vna tussim facit. assidua et vetus
ptisim. Scd̄m genus eoꝝ est qui et maxima mala animi et affectus deposuerūt. sed
ita vt non sit illis securitatis sue certa possessio. pn̄t em̄ in eadem relabi. Terciū genus
est extra multa et magna vicia. sed non extra omnia. effugit auaritiam. sed iram ad huc
sentit. Jam non solicitatur libidine, et nunc etiam ambitionem sentit. Jam non cōcu
piscit. s3 adhuc timet. bene nobiscum agetur si in hūc admittimur numerum. Cogita
quantū circa te videas maloꝝ. Aspice q̄ȝ nullū sit nefas sine exemplo. quantū quotidie
neq̄cia ꝓficiat. quantū publice priuatimq̄ȝ peccat̃. Intelliges satis nō consequi si inter
pessimos nō simus. Preoccupati sumus ad virtutē. cōtendimus inter vicia districti.
pudet dicere honesta colimus quantum vacat. At q̄ȝ grande premiū expectamus si

occupationes nrãs et mala tenacissima abrũpimus. non cupiditas nos nõ timor pellet nec mortem horrebimus nec deos. Sciemus mortẽ malũ non esse. deos maiores non esse. Tã imbecillum est qđ nocet q̃ʒ cui nocetur. optima vi noxia carent. expectãt nos. ex hac aliqñ fece in illud euadimus sublime et excelsum qđ est tranquillitas animi expulsis erroribus absoluta libertas. Uera ãt libertas animi ẽ non hoies timere. nec deos. nec turpia velle. nec nimia. in seipm habere maximam potestatem. inestimabile bonum est suum fieri. Uale)

De vero et inani gaudio Epistola sexagesima prima.

MAgnam ex epl'a tua pcepi voluptatẽ. scio inquã voluptatẽ si ad nostrum aluũ verba dirigimus rem infamẽ esse et gaudium tibi sapienti non ptingere. Est ei gaudiũ animi elatio suis bonis viribusqʒ fidentis. Uulgo tñ sic loqmur. vt dicamus magnum gaudiũ ex illis psulatu. aut ex nupcijs. aut ex ptu vxoris pcepisse. que adeo nõ sꝫ gaudia vt sepe inicia future tristicie sint. gaudio autẽ iunctũ est non desinere. nec in ptrariũ verti. Jtaqʒ cũ dicit Uirgilius noster. et mala mentis gaudia. diserte quidem dicit. sed parꝫ ꝓprie nullum eñ malũ gaudiũ est. voluptatibus hoc nomẽ imposuit. et qđ voluit expressit. Significauit eñ hoies malo suo letos. Audi q̃d me in epl'a tua delectauerit. habes verba in potestate. et rei aptata. Loqueris quantum vis et plus significas q̃ʒ loquaris. hoc maioris rei indiciũ est. Apparet animũ quoqʒ tuum nihil habere supuacui. nihil timidi. Omnes virtutes sapiẽs suas vndiqʒ expãdat. et vbicũqʒ iniusti aliquid oriet̃ illic pata presidia sint. ⁊ ad nutũ regentis sine tumultu respondeãt. Quod in exercitibus his quos impatores magni ordinant fieri videmus. vt imperiũ ducis simul omnes copie senciãt. sic disposite vt signũ ab vno datũ peditem equitẽqʒ pcurrat. hoc aliquãto magis necessariũ nobis ait eñ illi hostẽ timuere sepe sine causa. Tutissimumqʒ illis iter qđ suspectissimum fuit. Nihil stulticia peccatũ habet. tã supne illi metus est q̃ʒ infra. Sapiens autẽ ad omnem incursum munitus est et intẽtus. Nõ si pauptas. nõ si luctus. nõ si ignominia. nõ si dolor impetũ facit. pedem refert interritus. ptra illa ibit. et inter illa. Nos multa alligant. multa debilitant. diu in istis vicijs

facimus. Cui difficile est. nõ eni indignati sumus sed infecti. Quid autẽ nos ita stulticia tam ptinaciter tenet. primo qꝛ non fortiter illã repellimus. nec toto ad salutẽ impetu vtimur. Deinde qꝛ illa que a sapiẽtibus viris repta sꝫ non satis credimus nec aptis pectoribus haurimus. leuiterqꝫ tã magne rei insistimus. Nemo nostꝝ in altũ descẽdit summa tm̃ decerpimus. exiguũqꝫ tpis impẽdisse phie satis abũdeqꝫ occupatus fuit. Illudqꝫ pcipue impedit qꝫ cito nob placemus si inuenimus q̃ nos bonos viros dicat. q̃ prudentes. q̃s cõs ignoscimus. nec sumus laude ꝯtenti. Quicq̃d in nos adulatio sine pudore cõgessit tãqꝫ debitũ prendimus. optimos nos esse affirmãtibus assentimur. cũ sciamus illos sepe multa mẽtiri. Adeo quoqꝫ indulgemus nob vt laudari velimus in id cui ꝯtraria tã maxime facimus. Mitissimũ ille se in ipsis supplicijs audit. in rapinis liberalissimũ. in ebrietatibus et libidinibus temperatissimum. seq̃tur itaqꝫ vt ideo mutari nolimus qꝛ nos optimos esse credimus. Alexander cũ iam in india vagaretur et gẽtes bello vastaret. in obsidione cuiusdã vrbis. dũ muros circuiuit. sagitta tactus. omnis inquit iurãt me esse iouis filiũ. sed hoc vulnus me hoĩem esse clamat. Idẽ nos facimus ꝑ sua queqꝫ portione adulatio infatuat. Dicamus vos quidẽ dicitis me esse prudentẽ. ego autẽ video q̃ multa inutilia cõcupiscam. nocitura optẽ. ne hoc quidem intelligo qd̃ animalibus sacietas mõstrat. q̃s cibo debeat esse. q̃s pocioni modus. quãtum capiã ad huc nescio Iã docebo quemadmodũ intelligas. te nõ esse sapientẽ. sapiẽs plenus est gaudio. hilaris placidus. in ꝯcussus. cũ dis ex pari viuit. Talis est sapiẽtis animus qualis mundi status sup lunã. semp illic serenũ est. Habes ergo quare velis sapiens eẽ qꝛ sapiens nũq̃ sine gaudio ẽ. gaudiũ hoc nõ nascit͛ nisi ex virtutũ ꝯscientia. non p̃t gaudere nisi fortis. nisi iustus. aut tpatus. Quid ergo inq̃s. stulti ac mali non gaudent. nõ magis q̃ predam nacti leones. Verũ gaudiũ non est alieni muneris nec arbitrij quidem alieni est. Quod non dedit fortuna non eripit. Vale)

De desiderio deliciarum Epistola sexagesima secunda.

Veror. litigo. irascor. et iã nunc optas qd̃ tibi optauit nutrix tua. aut pedagogus. aut mr̃. nondũ intelligis quantũ mali optauerũt. O q̃m inimica sꝫ nob

vota nroꝝ. eo quidē inimiciciora quo cessere felicius. Iā non admiror si oīa nos a pri ma puericia mala sequūt. inter execratiões pntū creuimus. Thaurus paucissimoꝝ iu gerum pascua implet. vna silua elephantibus pluribus sufficit. homo et terra pascitur et mari Quid ergo. tā insaciabilē nobis aluū natura dedit. cū tā modica corpa dedisset vt vastissimoꝝ aialiū auiditatē vinceremus minime. Quantulū eñ est qđ nature da tur. puo illa dimittit. Nō fames nob vētris nri magno ꝯstat. ſʒ ambicio. Hos itaq3 (vt ait Salustius) vētri obediētes aialiū loco numeremus. non hoim. quosdam ꝟo ne aialiū quidem ſʒ mortuoꝝ. Viuit is q̄ multis vsui est. viuit is q̄ se vtit. Vale)

Voluntas cōformetur rebus Epistola sexagesima tertia.

Desinamus qđ volumus velle. Ego certe id ago senex ne eadē velle videar q̄ puer volui. Hoc opus meū ē hec cogitatio iponere veteribus malis finē. añ senectutē curaui vt bñ viuerē. in senectute vt bñ moriar. bñ autē mori est libēter mori. Da opam ne q̄d vnq3 in vitus facias. q̄cquid futuꝝ est necesse est repugnati. volēti necessitas nō est. ita dico q̄ imperia libēs accipit pte acerbissimā fuitutis effugit facere qđ nolit. Nō qui iussus aliud facit miser est. sed q̄ in vitus aliq̄d facit. Itaq3 sic aim ꝯponamus. vt quicq̄d res exigit ita velimus. ꝛ in primis finem nri sine tristicia cogitemus. añ ad mortē q3 ad vitam preparandi sumus. Ut satis vixerimus. nec dies faciet nec anni ſʒ animus. Vixi lucilli charissime quantū satis erat. mortē expecto plenus. Vale)

Negociorum multitudo studia liberalia non tollit. Epistola sexagesima quarta.

Senciūt q̄ sibi obstare ad studia liberalia turbā negocioꝝ videri volūt. simulāt occupationes et augēt. et ipsi se occupāt. Vaco lucilli. vaco. et vbicūq3 sum ibi meus sum. rebus eñ me nō trado ſʒ accōmodo et quocūq3 ꝯstiti loco ibi cogitationes meas tracto. et aliq̄d in aio salutare ꝯuerso. Cū me amicis dedi. non tñ mihi abducor sed cū optimo quoq3 sum. ad illos in quocūq3 loco. in quocūq3 seculo fuerint aim meū mitto. Demetrium viroꝝ optimū mecum circūfero. et cu illo loquor. illum admiror. Quid ni admirer. Vidi nihil ei deesse. ꝯtemnere aliq̄s omnia pt. omnia habere nemo potest. breuissima ad diuicias p contemptū diuiciaꝝ via est. Demetrius autē sic viuit. nō tanq3 contempserit omnia. sed tanq3 aliis habenda p miserit. Vale)

Consolatio de amico mortuo Epistola sexagesima quinta.

Moleste fers defecisse. Flaccū amicū tuū. plus tñ equo dolere te nolo. illud vt nō doleas vix audebo exigere. et esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi ꝯtinget. nisi iā multū supra fortunā elato. Nec sicci sint oculi amico amisso. nec fluāt. lacrimandū est nō plorandū. Quid ergo inꝗs. obliuiscar amici. Breuē illi apud te memoriā ꝓmittis. si cū dolore māsura est. Id agamus vt iucūda nob amissoꝝ fiat recordatio. Nemo libēter ad id redit qđ nō sine tormēto cogitaturus ē. Mihi amicoꝝ defūctoꝝ cogitatio dulcis et blāda ē. habui eñ illos tāꝙ amissurus. amisi tāꝙ habeā. Fac ergo mi lucilli qđ eqtatē tuā decet. desine beneficiū fortune male interp̄tari. abstulit. sꝫ dedit. Ideo amicis auide fruamur qꝛ ꝙ diu ꝯtingere h̄ possit incertū ē. Cogitemus ꝙ sepe illos reliqrimus in aliꝙ peregrinationē longinꝙ exituri ꝙ sepe eodē morantes loco nō viderimus. intelligimus nos plus tp̄is in viuis ꝑdidisse. Feras autē hos qui cū negligētissime amicos habeant miserrime lugēt. nec amāt quē ꝙ nisi ꝑdiderit. Ideoꝙ tūc effusius merēt; qꝛ verent̄ ne dubium sit an amauerint. sera iudicia affectus sui relinquūt et ꝗrunt. Si ꝗs autē despoliatus amissa tunica vnica ꝯplorare se malit. ꝙ circūspicere quō frigus effugiat. ⁊ aliqđ inueniat quo tegat scapulas nōne tibi videt̄ stultissimꝰ. Quē amabas extulisti. ꝗre quē amas Sacius ē amicū repare ꝙ flere. Turpissimū est in hoīe prudēte remediū meroris. lassitudo meredi. Malo relinꝗs dolorē ꝙ ab illo relinꝗris. Et ꝙ primū id facere desiste. qđ etiā si nolles diu facere nō poteris. Annū feminis ad lugēdū maiores ꝯstituere nō vt tā diu lugerēt sꝫ ne diucius. Uirꝫ nullū legitimū tp̄s ē. qꝛ nullū honestū. Quā tñ mihi ex illis mulierculis dab. vix detractꝫ a rogo. vix a cadauere euulsis. cui lacrime i totū mēsem durauerit. nulla res cicius i odiū venit ꝙ dolor. Itaꝙ assidue cogitemus tā de nrā ꝙ oīm quos diligimus mortalitate. Nūc cogito oīa ⁊ mortalia esse ⁊ in certa lege mortali. hodie fieri p̄t quicqđ vnꝙ p̄t. Cogitemus ergo lucilli carissime cito nos eo ꝑuēturos. quo illū ꝑuenisse meremꝰ. ⁊ fortasse si mō ꝟa sapientū fama ē. recipitꝙ nos locus aliꝗs. qđ ergo putamus perijsse. p̄missus ē. Uale)

Qualis est sermo cōiuiū Epistola sexagesima sexta.

Visti heri nobiscū. pt queri. si heri tm̄. ideo adieci nobiscū. mecū eñ semꝑ es.

Interuenerāt quidā amici ꝓpter quos maior fumus fieret. nō hic q̄ erūpere ex lautoꝝ culinis et terrere vigiles facit. sed hic modicus q̄ hospites venisse significet. varius nob fuit ſmo vt in ꝯuiuio nullā rē vsqꝫ ad exitū adducēs. sꝫ aliū de alio trāsiliēs. Lectus est deinde liber Quinti Sextij patris magni viri et licet negēt Stoci. quantus in illo dij boni vigor est. quantū animi. hoc nō in oibus phis inuenies. Cū legeris Sextiū. dices viuit. viget. liber est. supra hoiem est. Cū hūc lego aīm induo q̄ querit vbi se experiat. vbi virtutē suā ostendat. Veneror itaqꝫ inuenta sapiētie. inuentoresqꝫ adire tāqꝫ multoꝝ hereditatē iuuat. mihi ista acq̄sita. mihi laborata st̄. sꝫ agamus bonū prēm familie. faciamus ampliora que accepimus. maior ista hereditas a me ad posteros trāseat. Multū adhuc restat opis. multūqꝫ restabit. Nec vlli nato post mille secula precludet occasio aliq̄d adijciendi. Sed etiā si oia a veteribus inuēta sint. hoc semꝑ nouū erit vsus et inuētoꝝ ab alijs scientia et dispositio. Animi remedia inuēta st̄. ab antiq̄s quo mō antē admoueant. aut qn̄. nostri opis est querere. multū egerūt q̄ ante nos fuerūt sꝫ ꝑegerūt. suscipiendi tn̄ st̄. et ritu deoꝝ colēdi. quā venerationē p̄ceptoribus meis debeo. eandē p̄ceptoribus generis humani a q̄bus tāti boni inicia fluxerūt. Si consulē video vel pretorē. oia q̄bus honor haberi solet faciā. equo desiliam. caput adaperiam. semita cedā. Quid ergo Marcū Cathonē vtrumqꝫ. et Leliū sapientē. et Socratē cum Platone et Zenone. Cleantemqꝫ in animū meum dignatiōe summa recipiam. Ego vero illos veneror et tantis nominibus semꝑ assurgo. Vale)

¶ Animus non vinccatur dolore corporis Epistola sexagesima septima.

Esternū diē diuisi cū mala valitudine añ meredianū. illa me sibi vendicauit. post mihi cessit. Itaqꝫ lectione primū tētaui aīm. deinde cū hāc recepisset plus illi imꝑare ausus sum. Aliq̄d scripsi ⁊ q̄dē intēcius q̄ꝫ soleo imo ꝑmittere dū cū materia difficili contenderē. et vinci nolo donec interuenerint amici qui tāqꝫ egrum intemperā tem coercerent. Dicunt vt scis Soici nostri duo esse in rerū natura ex quibus omnia fiant. Causam et materiam. Materia iacet iners res ad omnia parata cessatura si nemo moueat. eam aūt ratio materiam format et quocūqꝫ vult versat. ex illa varia opera

producit. Stoicis placet vnam causam esse id qđ facit. Arestotiles putat cām tribus modis dici. Prima inq̄t causa est ipsa materia sine qua nihil p̄t effici. Secūda opifex. Tercia forma est q̄ vnicuiq3 opi imponit tāq3 statue. Nā hāc Aristotiles idos vocat. Quarta quoq3 his accedit. ꝓpositū tocius opis. siue faciendi ꝓpositū. Nam si hoc nō esset nihil esset. ꝓpositū autem est qđ inuitauit artificē. qđ ille secutus fecit. vel pecunia est hoc si venditurus fabricauit. vel gloria si laborauit in nomen. vel religio si domum templo parauit. Quinq3 vero cause sūt vt Plato dicit. Id ex quo. id a quo. Id in quo. Id ad quod. Id ꝓpter qđ. nouissime id qđ ex his. Tanq3 in statua. id ex quo es est. id a quo artifex est. id in quo forma est que aptat illi. id ad qđ exēplar est qđ imitat is qui facit. id ꝓpter qđ faciendi ꝓpositū est. Id qđ ex istis est ipsa statua est. Hec oīa mundus quoq3 (vt Plato ait) hab3. facientē. hic deus. ex quo fit hec materia. forma hec est habitus et ordo mūdi quem videmus exemplar sc3 ad qđ deus hanc magnitudinem opis pulcerrimi fecit. ꝓpositū ꝑs ꝓpter q̄d fecit. Quer3 q̄d sit ꝓpositū: dei bonitas ē Ita certe Plato ait que deo faciēdi mundū fuit cā bonus est bona fecit. Bono nulla cuiq3 boni inuidia est. fecit itaq3 q̄3 optimū potuit. Fer nūc iudex sententiam et ꝓnuncia q̄s tibi videat verisimilius dicere. hec turba causaꝝ aut nimis multa. aut nimis pauca ꝯprehendit. Quid te inq̄s delectat tēpus inter ista ꝯterere que tibi nullū affectū eripiunt. nullā cupiditatē abigunt. Ego quidē priora illa ago. attracto illa q̄bus pacat animus. et me prius scrutor. deinde hūc mundum. Ista attollūt et leuant aīm qui graui sarcina pressus explicari cupit et reuerti ad illa quoꝝ fuit. Nā corpus hoc animi pōdus ac pena est. ꝑmanente illo vrget. in vinculis est nisi accesserit phia ⁊ illū respirare reꝝ nature spectaculo iussit. et a terrenis ad diuina dimisit hec libertas eius est. hec euagatio. Maior sum et ad maiora genitus. q̄3 vt mancipium corporis mei quod equidem nō aliter aspicio q̄3 pondus ac penam vinculum q3 libertati mee circumdatum. Quicquid in me potest iniuriam pati. hoc est in hoc obnoxio domicilio. animus liber habitat. animus ad se oē ius ducet. cōtēptus corꝑis sui certa libertas est. Nēpe vniuersa ex materia et deo ꝯstāt. deus ista tꝑat. q̄ rectorē sequnt ⁊ ducē. Potētius ē aūt ac p̄ciosius qđ facit qđ ē deus. q̄3 materia paciēs dei. Quē autē in hoc mundo locū deus obtinet. hūc

in homine animus. quod est illic materia. Id in nobis corpus est. Seruiant ergo deteriora melioribus. fortes simus aduersus fortuita nec contremiscamus iniurias non vulnera. non vincula non egestatem. Mors quidem aut finis est aut transitus. nec desinere timeo. Uale)

Nõ exaltemur prosperis nec deprimamur aduersis. Epistola sexagesima octaua.

habere in oculis. tanq̄ quicquid potest facere factura sit. quicquid expectatum est diu leuius accidit. Uale)

Non deficiet gloria virtuoso Epistola octuagesima.

Expecto epistolas tuas q̄bus mihi indices circuitus Sicilie tocius. tu āt solennē hunc oībus poetis locū attingas. quē quo minus Ouidius tractaret nihil obstitit. nisi ꝙ iā Uirgilius impleuerat. oībus em̄ feliciter hic locus se dedit. crescit in dies: et inuēturis inuenta nō obstāt. Inter cetera hoc boni hꝫ sapientia. nō pt̄ vinci. nemo ab altero p̄t vinci. nisi dum ascendit. Extollere se q̄ iustam magnitudinem iplcuere nō p̄nt. Quicūq̄ fuerint sapientes pares erūt et equales. habebit vnusquisq̄ ꝓprias dotes. Alius erit affabilior. alius expedicior. alius prompcior in loquēdo. Alius facūdior. Id de quo agit̄ qđ beatū facit eq̄le ē in oībus. Uirtutē nō flāma nō ruina inferius adducet. hec vna maiestas deprimi nescit. nec proferri vltra nec referri potest. Sic huius vt celestiū statuta magnitudo est. Nec tn̄ bonitas est pessimis esse meliorē. Quis oculis glorict̄ q̄ suspiciet̄ diē cui sol p̄ caliginē splendet. licet ꝯtentus interim sic effugisse tenebras ad huc nō fruit̄ bono lucis. Tūc animus noster habebit ꝙ gratulet̄ sibi. cum emissus his tenebris in q̄bus volutat̄. non tenui visu clara prospexerit. sed diē totum admiserit et redditus celo suo fuerit. Sursum illum vocāt inicia sua. erit āt illic etiā anteq̄ hac custodia exoluat̄. cū vicia desierit. purusq̄ ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. Hoc nos agere Lucilli charissime. in hoc ire ip̄etu toto licet pauci sciant. licet nemo iuuat. Gloria vmbra virtutis est etiam inuita cōmutabitur. Sed quēadmodū vmbra aliq̄n antecedit aliq̄n sequit̄. ita gloria. Q̄m̄ diu fuit Democritus vix recepit Socratē fama. Q̄m̄ diu Cathonē ciuitas ignorauit respuit nec intellexit nisi cū ꝑdidit. Rutilij innocencia ac virtus lateret. nisi accepisset iniuriam. Uides Epicurum quem non tm̄ eruditi sed imperitorum turba miratur. hic ignotus athenis fuit circa quas delituerat. Multis itaq̄ iam annis Metrodero suo sup̄stes scripsit. nihil sibi et Metrodero nocuisse. ꝙ ipsos illa nobilis grecia non solum ignotos habuisset sed pene inauditos. Nōne ergo posteaq̄ esse desierat inuentus est. Nulla virtus latet

et latuisse non ipsius est damnũ. veniet qui cõditam et seculi nrĩ malignitate cõpressam dies publicet. Paucis natus est qui populũ etatꝫ sue cogitat. multa annoꝝ milia. multa populoꝝ superuenient. ad illa respice. etiã si oĩbus tecum viuentibus silenciũ liuor induxerit. Uenient qui sine offensa sine grã iudicent. Si quod est precium virtutis ex fama nec hoc interit. Nulli non virtus et viuo et mortuo retulit gratiã. si mõ illam bona secutus est fide. si se nõ exornauit et pinxit. sed idem fuit. Nihil simulatio pficit. veritas in oẽm ptem sui eadem est. Que decipiũt nihil hñt solidi. tenue est mendacium perlucet si diligenter inspexeris. Uale)

De spectaculis. Epistola octuagesima prima.

Hodierno die non tm̃ meo bñficio mihi vaco sꝫ spectaculi. Cogito mecũ ꝙ multi corpora exercent. ingenia ꝙ pauci. quantus ad spectaculũ non fidele et luxuriosum fiat cõcursus. quãta sit circa artes bonas solitudo. qm̃ imbecilli aĩo sint quoꝝ lacertos humerosqꝫ miramur. Corpus multis eget rebus vt valeat. animus ex se crescit. se ipse alit. se exercet Illi cibo multo. multa potione opus est. tibi contingit virtus sine impensa. quicqd te facere bonũ potest. tecũ est. Quid tibi opus est vt sis bonus. velle. Quid ãt melius pt velle ꝙ eripere te huic seruituti que oẽs premit. Libera te primũ metu mortis. illa primũ nobis iugum imponit. deinde metũ paupertatis. Si vis scire ꝙ nihil in illa mali sit. cõpa inter se pauperũ et diuitum vultus. Sepius paup et fidelius ridet. Nulla solicitudo in alto est. etiã si qua incidit cura velut nubes leuis trãsit. Hoꝝ q̃ felices vocanť hilaritas ficta ẽ. aut ĝuis ⁊ supata tristicia. Sepius hoc exemplo mihi vtendũ est. nec em̃ vllo efficacius exprimiť humane vite munus. oĩm istoꝝ psonata felicitas est. ꝯtemnes illos si despoliaueris. Equũ empturus solui iubes. stratum detrahis. vestimenta venalibus. ne qua vicia corporis lateãt hominẽ inuolutum estimes. Mangones quicquid est qđ displiceat aliquo lenocinio abscondunt. Itaqꝫ ementibus ornamenta ipsa suspecta sũt. Siue crus alligatum siue brachium aspiceres. nudari iuberes et ipsum corpus tibi ostendi. Si perpendere te

voles.sepone pecuniam.domum.dignitatem.intus te ipm considera.non qualis sis alijs credas.Uale)

De ingratitudine. Epistola octuagesima secunda.

Uereris te incidisse in hominē ingratū.si hoc nūc primū age aut fortune aut diligentie tue gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest. nisi te malignū. Nā si hoc periculū vitare volueris nō dabis beneficia. Ita ne apud alium pereant.apud te peribunt.non respondeant pocius q̄ non dentur et post malam segetē serendū est. Sepe quicq̄d perierat assidua infelicis soli sterilitate vnius anni restituit vbertas. Est tanti vt gratū inuenias experiri et ingratos. Nemo habet tam certā in beneficijs manum vt non sepe fallatur.aberrent vt aliqñ hereant. Post naufragium maria tentantur. Feneratorē non fugat a foro coactor. Cito inerti ocio vita torpebit si relinquendū est quicq̄d offendit. Te ꝑo benigniorē hec res faciet. Nam cuius rei euentus incertus est.id vt aliqñ procedat sepe tentandum est. Sed de isto satis.multa in his libris locuti sumus qui de beneficijs inscribuntur.illud magis querendum videtur.an illud quod profuit nobis si postea nocuit paria fecerit et nos debito soluerit. Adijce si vis et illud multo plus postea nocuit q̄ ante profuerat. Querendum est q̄ libenter profuerit q̄ inuitus nocuerit. qm̄ animo beneficia et iniurie constant. Nolui beneficium dare. Uictus sum aut verecundia.aut instantis ꝑtinatia. aut spe. Eo animo quicq̄ debetur quo datur.nec quantum sit sed a quali profectum voluntate ꝑpenditur. Uir bonus vtrosq̄ oculos sic ponit vt se ipse circūscribat beneficio adijcit.iniurie demit.alter ille remissior iudex(quem esse me malo)iniurie obliuisci debebit. officij meminisse. Hoc certe iusticie conuenit.suam cuiq̄ reddere beneficio gratiam.iniurie talionem aut certe malam gratiam. Uerum erit illud cum alius iniuriam fecerit.alius beneficium dederit. nam si idem est beneficio vis iniurie extinguitur. Post beneficia ledenti plus q̄ venia debetur. Non pono vtriq̄ par precium. pluris existimo beneficium q̄ iniuriam. Non omnes grati sciunt beneficium debere. Po

test etiam imprudens ac rudis et vnus de turba. vtique dum ꝓpe sibi est. reddere benefi cium et pensare ab accepto. ignorat autem quantum pro re debeat. Uni sapienti no tum est quanti queque res taxanda sit. Sapiens enim omnia examinabit. secum quan tum acceperit. a quo. quando. vbi. quemadmodum. Itaque quenque negamus scire grati am referre nisi sapientem. nō magis quam bñficium dare quisque scit nisi sapiens. hic scilicet qui magis dato gaudet quam alius accepto. An tibi videtur fidē habere quam referre gratiā nescit. plurimū autem momenti ꝑsona solet afferre in rebus eiusmodi. Dedisti mihi beneficiū in seruo. iniuriā fecisti in patre. seruasti mihi filiū. sed abstulisti patrē. Alia deinceps per que ꝓcedit oīs ꝯsolatio ꝓsequetur et si pusillū erit quod intersit. dissimulabit etiā si multum fuerit. sed si id donari salua pietate hac fide poterit. remittet id est si ad ipm tota ꝑtinebit iniuria. Sūma rei hec est facilis erit incōmutādo. Pacietur plus imputare sibi inuitus. beneficiū ꝑ cōpensationē iniurie soluet. Errat si quis accipit beneficiū libēcius quam reddit. Quanto hilarior est qui soluit quam qui mutuat tanto debet lecior esse qui se maximo ere alieno accepti beneficij exonerat quam qui maxime obligatur. Beneficia crescūt mora. tātoque plus soluendū est quāto tardius. Ingratus ē qui beneficiū reddit sine vsura. Omnia facienda sunt vt quam gratissimi simus. nostrum enim hoc bonū est. Non nemo cum alteri ꝓ dest sibi profuit. Bonum exemplum circuitu ad facientem reuertitur. sicut mala exempla recidunt in auctores. Gratus sum non vt alius mihi libencius prestet priori irritatus exemplo. sed vt rem iucundissimam ac pulcerrimā faciā. Gratus sum non quia expe dit sed quia iuuat. Nā si malicia miseros facit virtus beatos. Gratum autem eē virtus est. Rē visitatam reddidisti. inestimabilem consecutus es conscientiam grati que nisi in animum diuinum fortunatumque nō peruenit. Ingratum autem summa infelicitas vrget. Nemo sibi gratus est. miser erit. Nō differo illum. statim miser est. Itaque ingrati esse vitemus non aliena causa sed nostra. Minimū ex nequitia leuissimumque alios redundat. quod pessimū ex illa est et (vt ita dicam) spississimū domi remanet et premit habentē. Quēadmodū Attalus noster dicere solebat. malicia ꝑtem maximā veneni sui bibit. illud autē venenū quod serpentes in alienam ꝑniciē ꝓferunt sine sua ꝯtinent. nō est

huic simule hoc habentibus pessimum est. Torquet ingratus se et macerat odit que accepit. q2 redditurus ē et extenuat. iniurias vero dilatat et auget. Quid āt eo miserius cui bñficia excidūt. herent iniurie. at cōtra sapientia exornat oē bñficiū. Malis vna voluptas ē et hec breuis dū accipiūt bñficia. ex q̄bus sapiēti longū gaudiū manet ac pene. Non em̄ illud accipere s3 accepisse delectat qđ immortale est et assiduū. Nemo aūt gratus esse potest nisi ɔtempserit ista ꝓpter que vulgus insanit. Si referre vis gratiā. et in exiliū eundū est. et effundendus sanguis. et suscipienda egestas. Non paruo sibi ɔstat homo gratus. Nihil charius estimamus q̄ꝫ bñficiū qđ diu petimus. nihil vilius cū accepimus. Queris q̄d sit qđ obliuionē nobis acceptoꝝ faciat. Cupiditas accipiendoꝝ. Cogitamus non quid impetratū. sed quid impetrandū sit. Abstrahunt a recto diuicie. honores. potentia. et cetera que opinione nostra chara sīt. precio suo vilia. Nō quia concupiscēda sīt laudant̄. sed ɔcupiscuntur quia laudanda sīt. Sed queādmodū illa credimus sic et hoc fide illa credamus nihil esse grato animo honestius. omnes hoc vrbes. omnes etiam ex barbaricis regionibus gentes conclamabunt. Uale)

De fortitudine maxima et constantia cōtra mortem. Epistola octuagesima tertia.

DEsij de te iam esse solicitus. Quem inquis deorum sponsorem accepisti. Eum scilicet qui neminem fallit. animi recti ac boni amatorem. In tuto pars tui melior ē. potest fortuna tibi iniuriam facere. Quod ad rem magis pertinet. non timeo ne tu facias tibi idem. Qua ire cepisti vade. et in isto te vite habitu ɔpone placide non molliter. Malo mihi esse male q̄ꝫ mollit. Ociū sine litteris mors est et hominis viui sepultura. Phia circundāda est inexpugnabilis murus que in fortuna multis machinis lacessitum non transit. Insuperabili loco stat animus qui externa deseruit et arce sua vendicat. infra illum omne telum cadit. Non habet (vt putamus) fortuna longas manus. Neminem occupat nisi herentem sibi. Itaq̄ꝫ quantū possumus ab illa resiliamus. qđ sola p̄stabit sui natureq̄ꝫ ɔdicio. Sciat quo iturus sit. Unde ortus. qđ illi bonū. qđ malū sit. q̄d petat. q̄d deuitet. quesit ratio

illa que a ꝑpetenda aut fugienda discernat. Firmū aīm faciet assidua meditatio. si non
verba exercueris sed animum. si contra mortem te preparaueris. Zenon noster hac
collectione vtit̄ nullū malū gloriosum est. Mors aūt gloriosa est. Mors ergo non est
malū. Idem inq̄t. nihil indifferens gloriosum est. Mors aūt gloriosa est. Ergo mors
nō est indifferēs. Mors aūt nō est gloriosa sed fortiter mori gloriosum ē. Laudat̄ eñ
pauꝑ voluntarius non pauꝑtas. sed quē ipsa nō submittit. nec incuruat. laudatur non
exiliū. sed qui hoc non doluit q̄uis misset. laudat̄ non dolor. sed ille quē nihil coegit
dolor. Nemo mortē laudat. s; eū cuius mors ante abstulit aīm q̄ ꝯturbauit. Oia ista
non s̄t; honesta nec gloriosa. sed quicquid ex illis virtus adijt tractauitq; honestū ac
gloriosū facit. Adijce nūc q̄ nihil fit honeste nisi cui totus anim⁹ incubuit atq; affuit.
cui nulla ꝑte sui repugnauit. virtus eñ ꝯcordi aīo decreta ꝑagit nō timet qđ facit. Quē
mortaliū circūscripsiones vestre forciorē facere pn̄t. frangūt aīm qui minus nūq̄ cōtra
hendus est et inmunita ac speciosa cogendus. q̄ cū aliq̄d grande ꝯponit. non tricentis
sed omnibus mortalbus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces malum
nō esse. Quomō opiniones tocius eui euinces. Quod auxilium inuenies. Quid dices
imbecillitati humane. Quid dices q̄ inflammati in media ꝑicula irruāt. Uerba mihi
capciosa cōponis et interrogaciunculas nectis. magnis telis magna portēta feriunt̄.
Acuta s̄t; ista. Nihil ē acucius arista. Quedā inutilia et inefficacia ip̄a subtilitas red
dit pro veritate ergo simplicius agendum est. contra metum forcius. Uale)

Tanquā in cōspectu dei viuendum est

ꝯsumendo diē vtiliter et p̄cipue cauenda est ebrietas. Epistola octuagesima quarta.

Ingulos dies tibi meos et quidem totos indicari iubes. Bene de
me iudicas si nihil in illis esse putas qđ abscondā. Sic certe viuēdū
est tanq̄ in cōspectu viuamus. sic cogitandū tanq̄ aliquis in pectus
intimū prospicere possit. et potest. Quid eñ prodest ab homine aliquid esse secretum.
Nihil deo clausū est. interest animis nr̄is et cogitationibus medijs interuenit. faciā er
go qđ iubes. et q̄d agam et quo ordine libenter tibi scribam. Obseruabo me protinus.
et (quod est vtilissimum) diem meum recognoscam. Hoc nos pessimos facit q̄ nemo

consilium futuri ex preterito venit.

vitam suam respicit. Quid facturi simus cogitamus et id raro. quid fecerimus non cogitamus. Atqui consilium futuri ex preterito venit. Hodiernus dies solidus est. totus inter stratū lectionēqꝫ diuisus est. minimū exercitationi corporis dat. nō multum mihi ad balneū suꝑ est. Panis siccus. et sine mensa prandiū. post qđ non sꝫ lauande manus. dormio minimū. Consuetudinē meā nosti. breuissimo somno vtor. satis est mihi vigilare desijsse. aliq̄n dormisse me scio. aliq̄n suspiro. Ecce circensium obstrepit clamor subita aliq̄ et immensa voce feriunt aures mee nec cogitationes meas excuciūt. fremitū pacienter fero. Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon vir maximus. Audi ergo quēadmodū colligat bonū virū non futurū ebriū. Ebrio secretū sermonē nemo cōmittit. viro āt bono ɔmittit. ergo vir bonus ebrius non erit. Similiter dormienti nemo secretū sermonē ɔmittit. viro autem bono ɔmittit. ergo vir bonus non dormit. Instruēda est āt vita exemplis illustribus nec sꝑ ɔfugiamus ad vetera. Cassius tota vita aquā bibit. Non est animus in sua potestate ebrietate deuictus. Quēadmodum musto dolia rūpunt. et omne qđ in imo iacet in summā ꝑtem vis caloris eiectat. Sic vino exestuāte quicq̄d in imo iacet abditū. effertur ⁊ ꝓdit in mediū. onerati mero quemadmodū non ɔtinēt cibū ita ne secretū quidē. qđ suum alienumqꝫ est pariter effundūt. Quāto sacius ē aꝑte accusare ebrietatē et vicia eius exponere. ꝓfecto et sapienti satis ē sitim extinguere. Qm̄ multa ebrij faciunt q̄bus sobrij erubescūt. Nihil aliud ebrietas ē q̄ȝ voluntaria insania. Refert Alexandri macedonis exemplū qui Clitum charissimū sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit et intellecto facinore mori voluit. Certe diruit omne vicium ebrietas ⁊ intendit et detegit. vbi possederit animum nimia vis vini. quicquid mali latebat emergit. Non facit ebrietas vicia sed ꝓtrahit. tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat. tunc impudicus morbum profitetur ac publicat. tunc petulans non linguam non manum continet. Crescit insolenti superbia. crudelitas seuo. malignitas liuido. omne vicium traxatur et prodit. Adijce illum ignorantem sui. Dubia et parum explanata verba. incertos oculos. gradum errantem. vertiginem capitis. tecta ipsa mobilia. stomachi tormenta cum efferuescit merum ac viscera ipsa distendit. et que ebrietas fuit crudelitas facta est. Cogita quas clades.

edidit ebrietas. hec acerrimas gentes bellicosasq; hostibus tradidit Alexandrum(
cuius mō feci mentionē) tot itinera. tot prelia. tot hyemes quas transierat. tot flumina
ex ignoto cadētia. tot maria tutum demiserunt. intpantia bibēdi ac fatalis Siphus
cōdidit. Que gloria est capere multū cū supstes tocius cuiuij fueris. et nemo vini tam
capax fuit. vincer ʒ a dolio. Fere vinolentiā crudelitas sequit. Violat em̄ exasperaturq;
sanitas mentis. Quēadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi et ad nimiam
solis radij offensionē. Ita ebrietates ɔtinue efferāt animos vicia vino ɔcepta etiā sine
illo valent. Vale)

Quid proficit studiū et de modo colli-gendi. Epistola octuagesima quinta.

Itinera ista (q̄ mihi segniciē excuciūt) et valitudini mee pdesse iudico ⁊ studijs:
alit em̄ lectio ingeniū et studio fatigatū. non sine studio tm̄ reficit. nec scribere
tm̄. nec legere tm̄ debemus. Altera res cōtristabit. et vires exhauriret. altera soluet ac
diluet. Inuicem hoc et illo cōmutandū est et alterū altero tpandū. Apes em̄ debemus
imitari. que vagant̄ et flores ad mel faciendū idoneos carpūt. deinde q̄cquid attulere
disponūt ac p fauos digert̄. Et (vt Virgilius nr̄ ait) liquētia mella stipāt. et dulci distē
dūt nectare cellas. has debemus imitari. et quecūq; ex diuersa lectōe collegim⁹ separe.
Melius em̄ distincta seruant̄. deinde adhibita ingenij nostri aura et facultate in vnū
saporē varia illa libamenta ɔfundere. et vbi etiā si apparuerit vnde sumptū sit aliud tm̄
esse quā vñ sumptū est appareat. Qđ in corpe nostro videmus sine vlla opa nostra face
re naturā. Alimenta que accepimus q̄ diu sua qualitate pdurant in stomacho onera
sūt. Atqui cum eo qđ erant mutata sūt tunc demū in vires et sanguinē transeunt. Idē
in his quibus alunt̄ ingenia prestemus. vt quicunq; hausimus non paciamur integra
esse nec extranea sint sed concoquamus illa alioquin in memoriā ibunt nō in ingeniū.
Hoc faciat animus noster. omnia quibus adiutus est abscondat. ipsum tm̄ ostendat
qđ effecit. Non vides q̄ multoꝝ vocibus chorus constet vnus tamen ex omnibus
sonus redditur aliqua illic acuta est. aliqua grauis. aliqua media. Talem animum
esse nostrum volo. multe in illo artes. multa pecepta sunt. multarum etatum exempla.

sed in vnum conspirata. Sed quo inqs hoc effici poterit. Assidua intentione. si nihil egerimus nisi ratione cesserimus suadenti. Uale)

De vita perfecta. Epistola octuagesima sexta.

Epercerā tibi et q̄cquid nodosi adhuc superat pretererā. ↄtentus quasi gustū tibi dare eoꝝ que a nostris dicunt̄ vt ꝓbetur virtus ad explendā beatā vitā sola satʒ efficax. Qui prudens ē tempans est. q̄ tpans ē ↄstans est. qui ↄstans impturbatus ē. q̄ impturbatus ē sine tristicia ē. q̄ sine tristicia est beatus est. ergo prudēs beatus est. et prudētia ad beatā vitā satis est. Nō diminutionē in bono viro intelligo sʒ euacuationē. Nulla debēt esse pua. nā si vlla st̄ʒ crescēt et interi impediēt Quo modo oculos maloꝝ suffusio excecat. minoꝝ turbat. Si das aliquos affectus sapienti impar erit illis ratio et velut torrente quodā afferetur presertim cū illi non vnū sʒ vniuersum affectuū cetum relinquis cum quo colluctetur. Sed omnis plus potest q̄uis mediocriū turba q̄ possʒ vnius magni violētia. Melius cū illo ageret̄ qui vnicū viciū integrū haberet. q̄ cū eo qui leuiora quidē sed oia. queādmodū rationi nullum brutū obtpat. sic nō sequnt̄ affectus quātulicūq̄ sint. Tigres Leonesq̄ nūq̄ feritatē suā exuūt. aliquādo submittūt. sic nūq̄ bona fide vicia mansuescūt. Si inuita ratione ceperint. inuita pseuerabunt. Facilius eñi est inicia illoꝝ ꝓhibere. q̄ impetū regere. Nunq̄ pniciosa seruāt modū. q̄uis leuia inicia morboꝝ serpūt. et egra corpa minima interdū mergit accessio. Qūo ad finiendū satis valeo ad qđ ꝓhibendū parū valui. cum facilius sit excludere q̄ admissa cōprimere. Beata vita in se bonū habet perfectum inexupabile. btā eñi vita diuina est. nihil habet in qđ amplius possit attolli. Preterea si beata vita nullius est indigēs. ois vita beata pfecta est. eadēq̄ est et beata et beatissima. nunq̄d dubitas quin beata vita summū bonū sit. Ergo si summū bonū habet. summe beata est. Queādmodū summū bonū adiectionē non recipit ita nec btā vita. Si eñi aliqs est minus beatus q̄ alius. sequit̄ vt hic alterius vitā beatioris magis ↄcupiscat. q̄ suā. Beatus autem nihil sue prefert vtrumlibet ex his incredibile est. aut aliquid beato restare qđ esset q̄ qđ est malit. aut illū non malle qđ illo melius est. Quid aūt in

beata vita eximium.q plena est.finis(vt puto)bibendi edendiq sacietas est.hic plus edit.ille minus.Quid refert.vterq iā satur est.hic plus bibit.ille minus.Quid refert. vterq non sitit.Hic pluribus annis vixit.hic paucioribus.Nihil inter est si tā illum multi anni beatū fecerunt.q hūc pauci.Ille quē tu minus beatum vocas non est beatus.non potest nomē minui.Qui fortis est sine timore est.qui sine timore est.sine tristicia est.qui sine tristicia est beatus est.Fortem caucio decet.non timor.dolet vero.nam sensum hominis nulla exuit virtus.sed nō timet.inuictus ex alto dolores suos spectat. Quod malum est nocet.quod nocet deteriorem facit.dolor ₇ pauptas detiriorem nō faciunt.ergo mala nō sunt.Iudico nec artē gubernatoris deteriorem vlla tempestate fieri nec ipsam administrationē artis.Gubernator tibi felicitatē non ꝑmisit.sed vtilem opam ₇ nauis regēde scientiā.Tēpestas nō opus gubernatoris impedit.sʒ successum. ideo nō nocet ei tāq gubernatori sʒ tanq nauiganti.Duas ꝑsonas habet gubernator alteram cōem cum omnibus qui eandem nauē conscenderūt.qua ipse vector est.alterā ꝓpriam qua gubernator est.Tempestas tanq vectori nocet non tanq gubernatori. Sapienti non nocet a pauꝑtate.non ab alijs tempestatibus vite.nō eñi prohibentur opa eius omnia sed tm̄ ad alios ptinentia.Ipse sp in actu est.ad vtrosq casus aptus est.bonoꝝ rector est.maloꝝ victor.Tu illū premi putas malis vtitur.Nō ex ebore tm̄ Phidias sciebat facere simulacbra faciebat ex ere.si ad huc viliorem illi materiam obtulisses fecisset q̄le ex illa fieri optimū posset.Sic sapiens virtutē si licebit in diuicijs explicabit.si minus in paupertate.Si poterit in patria.si minus in exilio.Si poterit imꝑator.si minus miles.Si poterit integer.si minus debilis.quācunq fortunā accepit aliq̄d ex illa memorabile efficiet.Certi stʒ domitores ferarū q̄ seuissima aīalia mitigāt. leonibus manus magister inserit.osculat tigrim suus custos.Elephantem ethiops iubet subsidere in genua et ambulare per funem.Sic sapiens artifex est domādi mala. dolor.egestas.ignominia.carcer.exilium.vbiq horrenda.cū ad hunc peruenere mansueta sunt.Uale)

De magnanimitate et parsimonia Scipionis. Epistola octuagesima septima.

In ipsa Scipionis africani villa iacens hec tibi scribo. Adoratis manibus eius. & ara quã sepulcrũ tãti viri suspicor. aiam quidem eius in celũ ex quo erat redijsse psuadeo mihi. non quia magnos exercitus duxit hos enim et Cambises furiosus habuit. sed ob egregiã moderationẽ pietatẽq₃ quã magis in illo ad mirabilem iudico cum reliquit patriam quam cum defendit. Quid ni admirer hanc magnitutinẽ animi qua in exiliũ voluntariũ secessit et ciuitatẽ exonerauit. Eo pducta res erat vt aut libertas Scipioni aut Scipio libertati faceret iniuriã. neutrũ fas erat Uidi villam structam lapide quadrato. murum circumdatum silue. turres quoq₃ in ppungnaculũ ville vtrimq₃ surrectas. Cisternã edificijs ac viribus subditã. balneolũ angustũ tenebrosum ex psuetudine antiqua. Magna ergo voluptas me subijt cõtemplãtẽ mores Scipionis i hoc angulo. ille Cartaginis horror cui Roma debet. quod tm̃ semel capta est. Abluebat corpus rusticis laboribus fessum. exercebat enim ope se terrãq₃ (vt mos fuit priscis) ipse subigebat. At nũc quis ẽ qui sic lauari sustineat. Paup sibi videt ac sordidus nisi parietes magnis ac pciosis orbibus refulserint. In hoc balneo Scipionis minime sũt rime magis quam fenestre. muro lapideo excecte vt sine iniuria munimẽti lumẽ admitterent. At nũc blactaria vocãt balnea si qua non ita aptata sũt. vt tocius diei solem fenestris amplijssimis recipiãt nisi et lauant simul et colorautur. nisi ex sollo agros ac maria pspiciunt. At olim et pauca erãt balnea. nec vllo cultu exornata. Cur enim exornaretur res quadratoria et in vsum non in oblectamentũ repta. nũc autem inventa est non salubris tpatura s₃ similis incendio. nihil tñ iam videt interesse algeat balneum an caleat. Aiunt autẽ qui priscos mores vrbis tradiderũt. brachia ac crura quotidie abluebant que sordes opere collegerant. Ceterum toti nũdinis lauari. nunc postq₃ multa balnea inuenta sunt. spurciciores sunt. Uale)

De verecundia que ex paupere suppellectile. Epistola octuagesima octaua.

Aufragium anteq₃ nauim ascenderem feci. quõ acciderit cum volueris. aprobabo immo etiã si nolueris. Interim hoc me iter docuit quam multa haberemus supuacua et quam facili iudicio possemus deponere seu cõtemne

re.q̄ſi qn̄ neceſſitas abſtulit nō ſentimus ablata. Culcitra in terra iacet. ego in culcitra. ex duabus penulis altera ſtragulū altera optoriū facta ē. De prandio nihil detrahi potuit. paratū fuit nō magna hora. nūq̄ ſine caricis. nuſq̄ ſine pugillarib⁹. Ille ſi panē habeo p pulmētario eſt. ſi nō p pane. Quotidie mihi aīm nouū faciūt que ego fauſtū et felicē reddo bonis cogitationibus et animi magnitudine q̄ nūq̄ maior ē q̄m̄ vbi aliena ſepoſuit. ⁊ fecit ſibi pacē nihil timendo. fecit ſibi diuicias nihil cōcupiſcendo. Vehiculū in quo poſitus ſum ruſticum ē. Mule viuere ſe ambulando teſtant. Mulio excalciat non pter eſtatem. vix a me obtineo vt hoc vehiculū nolim videri meū. Qui ſordido vehiculo erubeſcit precioſo gloriabit. Parū ad huc profici nondum adeo frugalitatē palam ferre. et nunc curo opiniones viatorꝝ. cōtra tocius generis humani opiniones mittenda erat vox. Inſanitis. erratis. ſtupetis ad ſupuacua. neminem eſtimatis ſuo. cum ad patrimoniū ventū eſt diligentiſſimi cōputatores. Sic rationem ponitis ſingulorꝝ. quibus aut pecuniam credituri eſtis aut beneficia. Nam hec quoq̄ iam expēſa. fortis late poſſidet. ſed multum debet. habet domum formoſam ſed alienis patam. familiam nemo cito ſpecioſiorem pducit ſed nominibus non reſpondet. Si creditori ſoluerit nihil illi ſuperit. diuitem illū putas quia aurea ſupellex. etiam in via cū ſequet. quia in omnibus prouincijs arat. quia magnus kalendarij liber voluitur. Cū omnia dixeris paup eſt. Quare. quia detur. quantum inquis. omnia. niſi forte iudices intereſſe vtrum aliquis ab homine an a fortuna mutuum ſumpſerit. Quid ad rem ptinent mule. pertinent ſignate vnius oīs coloris: Quid iſta vehicula celata intraſti alipides pictiſq̄ tapetis demiſſa monilia collo. pendent. Iſta nec dn̄m meliorem poſſunt facere nec mulā. Marcus Catho (quē tam neceſſariū Reipub. fuit naſci q̄ Scipionē. alter enī cū hoſtibus noſtris bellū. alter cū moribus geſſit) cauterio vehebat. Hipoperis quidem impoſitis vt ſecū vtilia portaret. O quantum erat ſeculi decus Impatorem triumphalem cenſorium. et (quod ſuper hec omnia eſt) Cathonem vno caballo eſſe cōtentum. et ne toto quidem. ptem enī ſarcine ab vtroq̄ latere dependentes occupabāt. Nunc volo pauciſſimas ad huc interrogationes noſtrorum tibi reddere ad virtutem ptinentes. Quod bonum eſt bonos facit. nam et in arte muſica qđ bonum eſt bonum

facit musicum. fortuita bonũ non faciunt. ergo non sꝫ bona. Item qđ contemptissimo cuiqꝫ cõtingere ac turpissimo p̃t bonũ non est. opes aũt et lenoni et laniste cõtingunt. ergo nõ sꝫ bona. virtus extollit hoiem et sup̱ chara mortalibus collocat. Nec ea que bona. nec ea que mala vocanꝛ aut cupit nimis aut expauescit. Celidon vnus ex Cleopatre nobilibus patrimoniũ grande possedit vtrum illũ pecunia impurũ fecit. an ipse pecuniã inspurcauit. que sic in quosdã homines quo modo denarius in cloacã cadit. Uirtus super ista consistit. suo ere censeꝛ. nihil ex istis quomodolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina et gubernatio non interdicit sibi ac suis admirationem taliũ rerũ. Qui non est vir bonus. potest nihilominus medicus esse. potest gubernator. potest grammaticus tam me hercule esse q̃ꝫ cocus. Qualia quisqꝫ habet. talis est. Fiscus tãti ẽ quantũ hꝫ. immo in accessionẽ eius venit qđ hꝫ. Quare ergo sapiẽs magnus est. qꝛ magnũ animũ hꝫ. Queris q̃ res sanitatẽ faciat. que deũ. des oportꝫ illi diuinũ aliq̃d. celeste. magnificũ. Nõ in oẽs bonũ cadit. nec quẽlibet possessorẽ patiꝛ. Uide ꝛ q̃d queqꝫ ferat regio et q̃d queqꝫ recuset. hic segetes. illic veniunt felicius vue. Arborei fetus alibi atqꝫ iniussa virescũt. Gramina nõne vides croceos tinolus odores. India mittit ebur molles sua thura sabei. At calibes nudi ferrũ. Ista in regiones descripta sꝫ. vt necessarium mortalibus esset inter ipsos cõmercium. si inuicem alius aliq̃d ab altero peteret. Sed summũ illud bonum habet suã sedem. non nasciꝛ vbi ebur. nec vbi ferrũ. Quis summi boni locus sit queris. Animus. hic nisi purus ac sanctus ẽ deũ nõ capit. Bonũ ex malo. nõ fit. Diuicie fiũt ex malo. fiunt aũt ex auaritia. diuicie ergo nõ sunt bone. Itaqꝫ malũ est sacrilegiũ. et furtũ. multi tamen furto nõ erubescũt. q̃ꝫ multi adulterio gloriãꝛ. nam sacrilegia minuta puniunꝛ. magna in triumphis ferunꝛ. Non nasciꝛ itaqꝫ ex bono malũ. nõ magis q̃ꝫ ficus ex olea. Ad semẽ nata respondent. Bona degenerare non pñt. Queãdmodũ ex turpi honestũ non nascitur. ita nec ex malo quidem bonũ. Nam idẽ est honestũ ꝛ bonum. Possidonius (vt ego existimo) melius ait diuicias esse causam maloꝝ. non quia ipse faciunt aliq̃d. sed qꝛ facturos irritant. Alia eñi est causa efficiens. alia p̃cedens hãc. p̃cedentem diuicie habent. inflant animos. sup̱biam pariunt. inuidiam contrahunt. Bona aũt omnia carere culpa decet. Pura sunt

non corrūpunt animos nō solicitāt. extollūt quidē et dilatāt. Sed sine timore q̄ bona sꝫ fiduciā faciunt. diuicie audaciā et insolentiā. nihil aūt aliud est insolentia q̄ꝫ species magnitudinis false. Uirtus quoq̄ꝫ precedentē habet causam ad inuidiā. multis eñ ꝑpter sapientiā: multis ꝑpter iusticiā inuidetur. Alia est etiā cōmodoꝝ condicio. alia bonoꝝ. Cōmodum est qđ plus vsus habet q̄ꝫ molestie. Bonū sincerū esse debet et ab oī pte innoxiū. Non est id bonū qđ plus ꝓdest sed qđ tm̄ prodest. His interrogationibus suasuri ac dissuasuri sumus his effecturi vt ꝑplus romanus pauptatē. fundamentum et causam imperij sui requirat ac laudet. diuicias aūt suas timeat. Si possumus forcius loquamur. si minus apercius. Uale)

De studijs liberalibus Epistola octuagesima nona.

E studijs liberalibus quid senciā scire desideras. meritoria artificia sꝫ. hactenus vtilia. si preparent ingeniū. non detineant. Tam diu eñ istis immorandū est q̄ꝫ diu nihil animus agere maius pt. Rudimēta sꝫ nrā. nō opa. Quare liberalia studia dicta sꝫ vides. q: hoīe libero digna sꝫ. Ceterū vnum studiū vere liberale est qđ liberū facit. hoc est sapiētie. sublime. forte. magnanimi. cetera pusilla et puerilia sꝫ. An tu quicq̄ꝫ in illis esse credis boni quoꝝ ꝓfessores turpissimos oīm ac flagiciosissimos cernis. Nō discere debemus illa ſꝫ didicisse. Quidā illđ de liberalibus studijs querendū iudicauerūt. an bonū virum facerent. sed ne ꝓmittūt quidē. nec huius rei scientiam affectāt. Grāmaticus circa curā sermonis versatur. et si lacius euagari vult circa histozias aut carmina. q̄d hoꝝ ad virtutē viā sternit. sillabarū enarratio aut ꝓsuū modificatio. Quid his metū demit. cupiditatē eximit. libidinē refrenat. Ad geometriā transeamus et ad musicā. Nihil apud illas inuenies qđ vetet timere. vetet cupere. q̄sq̄s hec ignorat alia frustra scit. Hoc me doce quō patriā amē. quō vxorē quō patrē. Quid inquirꝫ an Penelope impudica fuerit. aut Ulixē illū esse quē videbat añq̄ꝫ sciret suspicata sit. Doce me q̄d sit pudicitia. et quantū in ea bonū. Ad musicam transeo. doces quō inter se acute et voces graues ꝯsonent. fac pocius sciā quō animus meus secū ꝯsonet. ne ꝯsilia mea discrepēt. Mōstras mihi qui sint modi flebiles. mōstra

pocius inter aduersa non emittā flebilē vocē. Metiri me geometria docet lati fundia.
pocius q̄ doceat quō meciar quantū hoi satꝫ sit. Numerare docet me Arithmetica ꝛ
auaricie accōmodat digitos pocius q̄ doceat nihil ad rē ꝑtinere istas cōputationes.
Quid mihi ꝓdest scire agellū diuidere in ꝑtes si nescio cū fratre diuidere. Quid ꝓdest
colligere subtiliter pedes iugeri. si tristē me facit vicinus potēs aliq̄d ex meo ab radens
Doceto quo mō nihil ꝑdam ex finibus meis. At ego discere volo quō totos agros
hilarꝫ amittā. O egregiā artē: scis rotūda metiri. in quadratū redigis quancq̄ accepis
formā. interualla siderū dicis. nihil est qđ in mensuram tuam non cadat. Si artifex es
metire hois aim dic q̄ magnus q̄ pusillus sit. Scis que recta sit linea. q̄d tibi ꝓdest si
q̄d in vita rectū sit ignoras. Venio nunc ad illum qui celestium noticia gloriatur. Fri
gida Saturni sese quo stella receptet. Quos ignis celi cillenius erret in orbes. Quid
ꝓderit scire cū saturnus et mars ex cōtrario stabunt. aut cū mercurius vesꝑtinū faciet
occasum vidente saturno. pocius q̄ hoc discā vbicūq̄ sunt ista. ꝓpicia esse nec posse mu
tari scias ista aut nescias. fient. Si vero solem ad rapidum stellasq̄ sequētes. Ordine
prospicies nūq̄ te crastina fallet. Hora. nec insidijs noctis capiere serene. Satis abū
deq̄ ꝓuisum est vt ab insidijs tutus essem. Nunq̄d me crastina non fallit hora. Fallit
eni̅ quod nescienti euenit. Ego quid futurū sit nescio. q̄d fieri possit scio. Ex hoc nihil
desperabo. totum expecto. malis paratus sum. Quid ergo inquis nihil nobis liberalia
studia cōferunt. ad alia multū. ad virtutē nihil. nā et hee viles ex ꝓfesso artes que manu
ꝯstant ad instrumēta vite plurimū ꝯferunt. tū ad virtutē non ꝑtinent. Quare ergo liberali
bus studijs filios erudimus. non q2 virtutem dare pn̄t. sed quia aim ad accipiendum
virtutē preꝑant. vna re ꝯsumatur animus. scientia bonoꝝ ac maloꝝ immutabili. que soli
phie ꝯpetit. nihil aūt vlla ars alia de bonis ac malis querit. Singulas habꝫ circuire
virtutes. fortitudo ꝯtemptrix timendoꝝ est. terribilia despicit et frāgit. Fides sanctissi
mū humani pectoris bonū est. nulla necessitate ad fallendū cogitur. nullo corrūpitur
ꝑmio. vre inq̄t. occide. non ꝑdam. Sed quo magis secreta queret dolor. hec illa alcius
condet. Temꝑantia voluptatibus imꝑat. alias odit atq̄ abigit. alias dispensat et ad
sanum modū redigit. Nec vnq̄ ad illas ꝓpter ipsas venit. scit optimum esse modū cu

pidorum non quãtum velis sed quantum debeas sumere. Humanitas vetat superbum esse aduersus socios vetat auarũ. verbis rebus affectibus cõmunem sese facileq3 oibus pstat. Nunqd liberalia studia hos mores precipiũt. nõ magis qm̃ simplicitatẽ. qm̃ modestiã ac moderationẽ. nõ magis q3 frugalitatẽ ac psimoniã. nõ magis qm̃ clementiã. que alieno sanguini tanq3 suo pcit. et scit hoi non esse hoie pdige vtendum. Magna et speciosa res est sapiẽtia. vacuo illi loco opus est. De diuinis humanisq3 simul discendũ est. de preteritis. de futuris. de caducis. de eternis. de tẽpore. de quo vno vide q3 multa queruntur primum an ipm sit aliquid. deinde an aliqd ante tempus sit. an etiam ante mundũ. In numerabiles questiones sunt de aio. vnde sit. qualis sit. qñ esse incipiat. q3 diu sit. an aliunde alio transeat. et domicilia mutet. ad alias alium formas aliasq3 cõiectus. An non amplius qm̃ semel seruiat. et emissus vagetur in toto vtrum corpus sit an non. quid sit facturus. cum p nos aliquid facere desierit. quomodo libertate sua vsurus cũ ex hac effugerit cauea. Hec tam multa. tam magna supuacua ex aio tollẽda sꝫ. Non dabit se in has angustias virtus. Laxius spaciũ res magna desiderat. Expellantur oia. totũ pectus illi vacet. At em̃ delectat arciũ noticia multa rꝫ. Tantũ itaq3 ex illis retineamus quantum necessariũ sit. plus velle scire. q3 satis sit intemperantie genus est. Ista ergo liberaliũ arcium consectatio quia molestos verbosos intempestiuos. sibi placentes facit. Ideo non discentes necessaria. quia supuacua didicerunt. Quatuor milia librorũ Didimus grãmaticus scripsit. miserere si tam multa supuacua legisset. In his libris de patria Homeri querit. In his de Enee matre querit vera. In his libidniosior Anacreon an ebriosius vixerit. et alia que erãt dediscẽda. Sꝫ ad nostros quoq3 cum per veneris ostendam multa securibus recidenda. Adeo mihi preceptum illud salutare excidit. tempori pce. Hec sciam et ignorẽ. De liberalibus studijs loquor. philosophi isti quantũ habent supuacui quantum ab vsu recedentis ipi quoq3 ad sillabarum distinctiones et cõiunctiones. ac ppositionum pprietates descenderunt. sic effectum est vt diligentius scirent loqui q3 viuere. Audi quantum mali faciat nimia subtilitas. et q3 infesta sit virtuti. Pijthagoras ait de omni re in vtramq3 ptem disputari posse ex equo et de hac ipsa an omnis res in vtramq3 partem disputalis sit. Nausipha

nes ait ex his que videnẛ esse. nihil magis esse q̄m̄ non esse. Parmenides ait ex his que videnẛ nihil esse ab vniuerso. Zenon heleates omnia negocia de negocio deiecit. ait nihil esse. Circa eadē fere Phironei versanẛ. et Megarici. et Critici. et Achademici qui nouam induxerunt scientiam. nihil scire. Hec omnia in illum supuacuū studiorum liberaliū gregem cōijce. Illi mihi non ꝓfuturam scientiam tradūt. hi spem omnis sciē eripiunt. Sacius est supuacua scire q̄ȝ nihil. Illi non preferunt lumen ꝑ quod acies dirigatur ad verū. Hij oculos mihi effodiunt. Si Pitagore credo. nihil in rerum natura ē nisi dubiū. Si Nausiphani hoc vnū certum ē nihil esse certi. Si Parmenidi nihil est preter vnū. Si Zenoni ne vnum quidem. Quid ergo nos sumus. Quid ista que nos circunstant. alunt. sustinent. Tota rerum natura vmbra est. aut inanis. aut fallax. Non facile dixerim vtrum magis irascar illis qui nos nihil scire voluerunt. an illis qui ne ho[c] quidem nobis reliquerunt nihil scire. Uale)

Epistole Senece vsq̄ȝ ad decimū librum abbreuiate finiunt. Impresse Liptzk ꝑ Arnoldū de Colonia Anno salutis Millesimoquadringentesimonomagesimotertio. Sexto Kalendas Julij. ¶ Laus deo.

Tabula Epistolaꝝ Lucij Annei Sene-ce cordubensis Maximi latinoꝝ Magistri et institutoris honeste vite Ad lucilliũ.

Tabula Epistolaꝝ Senece

vsq; ad quartumdecimum librum finit. Laus deo.

Erasmus.

Nihil tam sanctum, quin eis, qui non improbi sunt, vertat in occasionem peccandi.



eo ze pruden tis procedit m

v ia dulcedo mellis est lingua iusta

